

RESPONSORIO

*Al primo degli Apostoli  
Rivolgi i prieghi tuoi  
Gran protettor se vuoi  
Se vuoi gran difensor.*

*O Pietro a Cui del Cielo  
Le chiavi ha Iddio commesse  
Deh' schiudi a noi l'ingresso  
Del regno del Signor.*

*Come il tuo fallo atroce  
Già tu piangesti tanto  
I nostri noi col pianto  
Fà che laviamo ancor.*

*O Pietro etc.*

*Se fur per man d'un Angelo  
Le tue catene sciolte  
Le nostre pur sian tolte  
A Noi per tuo favor.*

*O Pietro etc.*

*O della Chiesa immobile  
Colonna e salda pietra  
A noi costanza impetra  
Contro il protervo error.*

*O Pietro etc.*

*Roma proteggi, in lei  
Parla il tuo Sangue ancora  
Te pur chiunque onora  
Sia per Te salvo ognor.*

*O Pietro etc.*

*Il gregge tuo difendi  
La peste ne allontana  
E la discordia insana  
Ed ogni altro malor.*

*O Pietro etc.*

*Distruggi l'arti e l'ire  
Dell' Infernal tiranno  
Talchè recarci danno  
Non possa il suo furor.*

*O Pietro etc.*

*Fà che nell' ultim' ore  
Invano egli ci assaglia  
E in quella gran battaglia  
Non resti vincitor.*

*O Pietro etc.*

*Gloria Patri et Filio etc.*

*O Pietro etc.*

*Antiphona etc.*

*Oremus etc.*

CCCLXXXI.

Beatissimo Padre

*I Devoti di S. Pietro Apostolo espongono umilmente, essersi degnata la S. V. concedere l'Indulgenza quotidiana di giorni cento a tutti quelli che reciteranno l'annesso Responso-rio latino « Si vis Patronum quaerere » e a quelli di Alessan-dria recitandolo anche in volgare « Al primo degli Apostoli » colla Indulgenza Plenaria nelle feste di S. Pietro in Vincoli, e Cattedra Romana visitando confessati e comunicati oltre la recita di detto Responso-rio qualche Chiesa o Altare di detto Santo. Perchè la gente non intelligente la lingua latina possa anche profittare di questo spirituale tesoro supplicano dell'am-pliazione di detta Indulgenza a tutti quelli che reciteranno detto Responso-rio o nell'una o nell'altra lingua, come anche le stesse Indulgenze a quelli che reciteranno ogni giorno l'o-razione volgare « Glorioso S. Pietro » visitando la Chiesa o Cap-pella dedicata a detto Santo nelle suddette feste.*

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI petitam amplia-tionem Indulgentiae benigne concessit pro omnibus utriusque

sexus Christifidelibus, qui antedictum Responsorium latino vel italico idiomate exaratum devote recitaverint, servato in reliquis tenore primae assertae concessionis. Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiarum die 22 Junii 1782.

*J. C. De Somalia Secret.*

CCCLXXXII.

*Beatissimo Padre*

*I Padri della Congregazione della Passione di N. S. Gesù Cristo supplicano di concedere ai rispettivi Superiori loro la facoltà di erigere nelle Cappelle interiori delle loro case Religiose le Stazioni della S. Via Crucis, onde possano godersi in perpetuo le Indulgenze annesse a detta pia devozione non solo dai Religiosi, ma anche da tutti quelli che si ritirano nelle case della Congregazione per fare gli Esercizi. Supplicano inoltre che V. S. si degni accordare che le Monache Passioniste a somiglianza delle Monache di altri Istituti Regolari siano partecipi di quelle stesse grazie che godono i Religiosi.*

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI humillimis Oratorum precibus benigne annuens facultatem concessit Superioribus Domorum Congregationis pro tempore existentibus erigendi Stationes Viae Crucis in interioribus dictarum Domorum Sacellis. Omnes vero Indulgentias huic S. Operi adjunctas consequi poterunt, tum Religiosi Oratores, quovis tempore, tum Fideles coeteri tempore Exercitiorum Spiritualium, quae in praedictis domibus peraguntur. Insuper Eadem Sanctitas Sua clementer indulsit ut Moniales ejusdem Congregationis omnibus et singulis Indulgentiis quibus gaudet Congregatio Virorum, frui possint et valeant. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 17 Maii 1783.

*J. C. De Somalia Secret.*

CCCLXXXIII.

PLACENTINA

Cum ad Sac. Congregationem Indulgentiarum delata fuerit controversia inter R. D. Josephum Sormani Praepositum Ecclesiae Parochialis S. Prothasii Civit. Placentinae et RR. PP. Ord. Reformatorum S. Francisci Ven. Conventus nuncupat. *De Campanea* dictae Civitatis, quoad validitatem Indulgentiarum S. Viae Crucis in praefata Parochiali Ecclesia erectae, et hinc propositum Dubium « *An Constet de validitate ejusdem erectionis in casu etc.* » Eadem Sac. Congregatio particulariter habita die 12 mensis Julii 1783 re mature perpensa ac libratis, quae afferebantur hinc inde rationibus, fuit in voto « *Affirmative et consulendum Sanctissimo, vel quatenus opus sit, dignetur impertiri sanationem* » De quibus facta relatione Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. VI in Audientia habita die 19 supradicti mensis et anni, Eadem Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne confirmavit, et praefatam Sanationem quatenus opus sit, clementer est impertita. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 19 Julii 1783.

*J. C. De Somalia Secret.*

CCCLXXXIV.

UNIONE DI TRE PERSONE PIE IN ONORE

DELLA SANTISSIMA TRINITA'

*Tre persone unite nel Signore con legami di vicendevole carità s'impegnano spontaneamente, ma senza obbligo veruno di coscienza, a praticare un esercizio di Religione, il quale consiste nell'adorare le tre Divine Persone tre volte il giorno, cioè la mattina, dopo il mezzo giorno, e la sera, recitando ogni volta sette Gloria Patri etc. e un Ave Maria per adorare anche l'Incarnazione del Verbo, e in onore della Santissima Sua Vergine Madre. Queste preci si potranno porgere o insieme, o separatamente ad arbitrio e secondo l'opportunità.*

Perchè poi la pia unione si perpetui, è necessario che le tre persone associate pel fine sopradetto si conoscano vicendevolmente a segno d'essere informate, quand'una di esse venga a mancare, onde le due che restano colla surrogazione di qualche altro cognito ad entrambi risarciscano la perdita fatta. E così regolandosi di mano in mano questa pia Società potrà sussistere finchè durerà il mondo. Così sia.

Questo divotissimo esercizio incominciato in Francia coll'approvazione, e sotto gli auspicj della chiara memoria di Monsignor di Beaumont Arcivescovo di Parigi, dedotto poi a notizia di Sua Santità è stato da Essa benignamente approvato, ed arricchito di Sante Indulgenze con suo Decreto del seguente tenore:

URBIS ET ORBIS

Ut erga Sacrosanctam Individuam Trinitatem, et erga Incarnationem Domini Nostri Jesu Christi, praecipua Catholicae fidei Mysteria, itidemque erga Deiparam Virginem in fidelium animis altius defigatur, et adolescat in dies pia devotionis affectio, laudentque Dominum omnes gentes et omnes populi; Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI enixis nonnullorum precibus libentissime annuens omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui ducti spiritu veritatis et charitatis ultro in Sanctam Societatem convenientes terni ad honorem Sanctissimae Trinitatis, et ad quamdam hujus Mysterii significationem, tribus distinctis diei horis, nempe antemeridianis, pomeridianis, et vespertinis, sive conjunctim, sive seorsum singuli septies *Gloria Patri etc.* et semel *Angelicam Salutationem* corde saltem contriti ac devote recitaverint, Indulgentiam centum dierum qualibet die, septem vero annorum, totidemque quadragenarum diebus Dominicis benigne concessit. Praeterea iis omnibus, qui piam susceperint consuetudinem hujusmodi preces fundendi quotidie, Indulgentiam Plenariam bis in mense acquirendam, duabus videlicet cujuslibet mensis diebus Dominicis ad arbitrium eligendis, in quibus vere poenitentes confessi, ac Sacra Communione refecti juxta

mentem Sanctitatis Suae oraverint per aliquod temporis spatium, amantissime impertitus est. Quod si trium Sodalium quavis de causa quispiam defecerit, qui supererunt, ternarius perpetuo ut constet numerus, alium deinceps in ejus locum sufficere curabunt. Itaque fideles omnes Sanctitas Sua vehementer in Domino hortatur, ut e Sancto hoc atque adeo salutari pietatis in Deum exercitio tantam percipere utilitatem non praetermittant. Quicumque enim id assidue fideliterque praestiterint, sperandum sane iisdem est fore ut praesertim Deiparae Virginis patrocinio ea divinae gratiae consequantur auxilia, quorum ope ad coelestium amorem conversi, et Christianam in terris vitam constanter agant, et euntes de virtute in virtutem gaudiis tandem perfruantur aeternis. Voluit demum Eadem Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuam fore, sine ulla Brevis expeditione, et non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 15 Maii 1784.

V. CARD. BORROMAEUS PRO-PRAEF.

*Julius Maria De Somalia Sac. Cong. Indulg. Secret.*

CCCLXXXV.

URBIS

Ad humillimas preces Archiconfraternitatis sub titulo Sanctissimae Trinitatis Peregrinorum ac Convalescentium nuncupat. Urbis Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI benigne inclinatus, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus confessis ac S. Communione refectis, qui Ecclesiam pariter sub titulo Sanctissimae Trinitatis, nec non publicum ejusdem Archiconfraternitatis Oratorium in feriis sextis Quadragesimae devote visitaverint, et juxta mentem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pie oraverint, Indulgentiam Plenariam fidelibus etiam defunctis applicabilem in qualibet feria sexta Quadragesimae lucranda benigne concessit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam in perpetuum absque ulla Brevis expe-

ditione fore valituram. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 11 Decembris 1784.

*Th. De Marco Secret.*

CCCLXXXVI.

URBIS

Ad humillimas preces Archiconfraternitatis sub titulo Sanctissimae Trinitatis Peregrinorum et Convalescentium Urbis, Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI benigne inclinatus, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus confessis ac S. Communione reffectis, qui Ecclesiam Archiconfraternitatis supradictae in solemnitate Sanctissimae Trinitatis, et quinque B. M. V. festis diebus, videlicet Nativitatis, Annunciationis, Visitationis, Purificationis ac Assumptionis devote visitaverint, et juxta mentem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pie oraverint, Indulgentiam Plenariam fidelibus etiam defunctis applicabilem, incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis dierum hujusmodi cum extensione praefatae Indulgentiae ad singulas respectivas octavas festivitatum earundem, semel tamen lucrandae infra quamlibet praedictam octavam benigne concessit. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam in perpetuum suffragari absque ulla Brevis expeditione. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 11 Decembris 1784.

*Th. De Marco Secret.*

CCCLXXXVII.

ORDINIS B. M. V. DE MERCEDE REDEMPTIONIS CAPTIVORUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI ad humillimas preces R. P. Petri a Spiritu Sancto Postulatoris Causae B. Mariae Annae a Jesu nomine totius Ordinis B. M. V. de Mercede Redemptionis Captivorum benigne inclinatus, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus confessis, ac S. Communione reffectis, qui die decimaseptima Aprilis cujuslibet anni aliquam publicam Ecclesiam ejusdem Ordinis ubique locorum de-

gentem devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, Indulgentiam Plenariam incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis ejusdem diei clementer concessit. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam absque ulla Brevis expeditione perpetuis futuris temporibus fore valituram. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 12 Novembris 1785.

*Th. De Marco Secret.*

CCCLXXXVIII.

ORDINIS B. M. V. DE MERCEDE REDEMPTIONIS CAPTIVORUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI humillimis precibus R. P. Petri a Spiritu Sancto Postulatoris Causae B. Mariae Annae a Jesu nomine totius Ordinis B. M. V. de Mercede Redemptionis Captivorum benigne annuens, facultatem eidem Ordini jam concessam impertiendi Absolutionem generalem in diebus ejusdem B. M. V. de Mercede, S. Antonii Abbatis, S. Petri Nolasci, feria quarta Cinerum, feria quinta Majoris Hebdomadae, S. Laurentii Mart. et S. Catharinae Virg. juxta formam a sa. me. Clemente X praescriptam, benigne extendit pro die decimaseptima mensis Aprilis cujuslibet anni, et perpetuis futuris temporibus, servata eadem forma valituram. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 4 Februarii 1786.

*Th. De Marco Secret.*

CCCLXXXIX.

URBIS ET ORBIS

Ut Beatae Virginis Deiparae et Omnium Sanctorum cultus in dies augeatur et adversantes saeculi conatus conterantur Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI enixis piorum Virorum precibus annuens, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui vero Religionis spiritu ducti corde saltem contrito mane recitabunt Antiph. *Salve Regina*, vespere *Sub tuum praesidium*, cum versiculo *Dignare me etc.* et versiculo altero *Benedictus Deus in Sanctis suis* Indulgentiam centum dierum

qualibet die; septem annorum, totidemque quadragenarum diebus Dominicis concessit. Praeterea iis omnibus qui hujusmodi preces quotidie fuderint, Indulgentiam Plenariam bis in mense acquirendam duabus videlicet cujusvis mensis diebus Dominicis pro arbitrio eligendis, in quibus vere poenitentes, confessi et S. Communione refecti juxta Sanctitatis Suae mentem per aliquod temporis spatium oraverint, benigne impertitus est. Eandemque Indulgentiam Plenariam cum iisdem conditionibus amantissime concessit in omnibus et singulis B. M. V. festivitibus nec non in festo Omnium Sanctorum de quorum honore precipue agitur. Denique singulis fidelibus, qui aut Sacramentaliter confessi et S. Communione refecti, aut saltem corde vere sint contriti Plenariam Indulgentiam in articulo mortis elargitus est.

Curabunt igitur fideles omnes, qui hoc singulari beneficio gaudere voluerint, praemissa diligenter explere, quo facilius ex hac mortali vita ad aeternam Patriam in Societatem B. Virginis et Sanctorum omnium recipi mereantur. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam perpetuam fore sine ulla Brevis expeditione, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 5 Aprilis 1786.

V. CARD. BORROMAEUS PRO-PRAEF.

*Th. De Marco Secret.*

CCCXC.

*Beatissimo Padre*

*I Devoti del S. Angelo Custode prostrati al Trono della Santità Vostra premesso il bacio del S. Piede, supplicano la Santità Vostra a compiacere i loro vivi desiderii, con aggiungere alla Grazia accordata da Vostra Santità di cento giorni a chi recita l'Angele Dei, per i fini stabiliti dalla Santità Vostra, con suo Breve, con accordare l'Indulgenza Plenaria in articulo mortis, a chi in vita abbia frequentato la recita dell'Antifona suddetta.*

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VI omnibus utriusque sexus Christifidelibus qui frequenter ac devote vita eorum durante praefatam Antiphonam *Angele Dei etc.* recitaverint, Indulgentiam Plenariam in mortis articulo lucranda dummodo rite dispositi fuerint, benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 11 Junii 1796.

*J. B. Bussi Secret.*

CCCXCI.

ORDINIS SANCTISSIMI SALVATORIS

Ad humillimas preces R. P. Procuratoris Generalis Ordinis S. Birgittae nuncupat. Sanctissimus Dominus Noster benigne inclinatus omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, confessis ac S. Communione refectis, qui Ecclesias publicas tam Patrum, quam Monialium supradicti Ordinis die in qua festum Commemorationis Sanctorum Ordinis ejusdem pro varietate Dioecesium celebrandum devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suae per aliquod temporis spatium pie oraverint, Indulgentiam Plenariam incipiendam a primis vesperis usque ad occasum solis ejusdem diei festi, fidelibus defunctis quoque applicabilem benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 29 Novembris 1797.

*J. B. Bussi Secret.*

CCCXCII.

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII omnibus utriusque sexus Christifidelibus cuilibet Sodalitati sub Titolo B. M. V. Septem Dolorum canonice tum erectae adscriptis, seu in posterum adscribendis, quae infrascriptas preces authentice recensitas corde saltem contrito devote recitaverint, Indulgentiam centum dierum in quolibet die semel lucranda, fidelibus defunctis quoque applicabilem benigne concessit. Insuper eisdem Christifidelibus easdem preces frequenter infra annum recitantibus ac vere poeni-

tentibus confessis ac S. Communione reffectis qui aliquam publicam Ecclesiam in festo B. M. V. Septem Dolorum devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, Indulgentiam Plenariam pariter ut supra fidelibus defunctis applicabilem incipiendam a primis vespere usque ad occasum solis praedicti festi clementer impertitus est. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgent. die 28 Februarii 1801.

*Petrus Maccarani Secret.*

SETTE SALMI

IN MEMORIA DEI SETTE DOLORI DI MARIA SEMPRE VERGINE

*Sancta Maria succurre miseris juva pusillanimes refove flebiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu, sentiant omnes tuum juvamen quicumque celebrant tuam Sanctam commemorationem.*

*Pater Ave, et Credo, etc.*

Antiph. *Voce mea ad Dominum clamavi et exaudivit me.*

Psal. 3. *Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me etc.*

*Gloria Patri etc.*

Antiph. *Miserere mei et exaudi orationem meam.*

Psal. 4. *Cum invocarem exaudivit me Deus justitiae meae etc.*

*Gloria Patri etc.*

Antiph. *Exaudi Domine vocem deprecationis meae, dum oro ad te.*

Psal. 27. *Ad te Domine clamabo; Deus meus ne sileas a me etc.*

*Gloria Patri etc.*

Antiph. *Inclina aurem tuam ad me accelera ut eruas me.*

Psal. 30. *In te Domine speravi non confundar in aeternum etc.*

*Gloria Patri etc.*

Antiph. *Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam.*

Psal. 60. *Exaudi Deus deprecationem meam intende orationi meae etc.*

*Gloria Patri etc.*

Antiph. *Ego vero egenus et pauper sum, Deus adjuva me.*

Psal. 69. *Deus in adjutorium meum intende etc.*

*Gloria Patri etc.*

Antiph. *Impleat Dominus omnes petitiones tuas.*

Psal. 19. *Exaudiat te Dominus in die tribulationis etc.*

*Gloria Patri etc.*

V. *Eripe me de inimicis meis Deus meus.*

R. *Et ab insurgentibus in me libera me.*

V. *Deus in adjutorium meum intende.*

R. *Domine ad adjuvandum me festina.*

V. *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis.*

R. *Miserere nobis.*

V. *Exurge Christe adjuva nos.*

R. *Et libera nos propter nomen tuum.*

V. *Adjutorium nostrum in nomine Domini.*

R. *Qui fecit coelum et terram.*

V. *Domine exaudi orationem meam.*

R. *Et clamor meus ad te veniat.*

OREMUS

*Omnipotens sempiternae Deus moestorum consolatio, laborantium fortitudo; perveniant ad te preces de quacumque tribulatione clamantium, ut omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant affuisse.*

*Quaesumus omnipotens Deus vota humillium respice, atque ad defensionem nostram dexteram tuae majestatis extende.*

*Pateant aures misericordiae tuae Domine precibus supplicantium, et ut petentibus desiderata concedas, fac eos quae tibi sunt placita postulare.*

*Praetende Domine famulis et famulabus tuis dexteram coelestis auxilii, ut te toto corde perquirant, et quae digne postulant consequi mereantur.*

*Deus refugium nostrum et virtus adesto piis Ecclesiae tuae precibus auctor ipse pietatis et praesta, ut quod fideliter petimus efficaciter consequamur.*